Cap. xvii. g. Manus solij domini: et bellum dei erit cōtra amalech a generatione in generationem: per solium dñi potest itelligi moyses tenēs locū dei: vt sit sensus manus moysi contra amalech. quia cū eleuaret moyses manus: superabat isrl' ipsum amelech. vt pretermittitur in textu: et bellū domini a generatione in generationem. q2 debellatus fuit diuīa virtute magis ꝙ humana diuersis tēporibus. primo per iosue. postea per saulem regem. primi reg. xv. hebrei. Manus super solium domini bellum domino cōtra amalech a generatione in generationem: per manum intelligitur potestas: sicut dicitur cōmuniter talis ciuitas est in manu regis. i. in eius potestate: per soliū dei. celum. psalte. lxvi. Celū michi sedes est. &c. est igitur sensus: potestas super celestis: que est potestas diuina. Contra amalech, cetera sicut prius.

Cap. xix. d. Aut confodietur iaculis. hebrei. Aut sagittatione sagitabitur: et sic nostra translatio accipit iacula pro sagittis: sagitte nāꝙ sunt quedam iacula parua.

Cap. xx. f. Ut enim probaret vos. venit deus. i. approbaret: accipiēdo sibi in populum peculiarem. hebrei. Ut exaltaret vos venit deus. Nam per hoc fuit populus israel super alios exaltatus. Deuteronomij. iiij. cap. Nec est alia natio tam grādis que habeat deos appropinquātes sibi. &c.

Cap. xxi. a. Cum quali veste intrauit: cum tali exibit. i. ita bene indutus. hebrei. In panno suo intrauit in panno suo exibit. i. si solus intrauit et solus exibit. et est similis modus loquendi. Genesis. xxxij. In baculo meo transiui iordanem istum. i. solus et pauper. et accipitur hic solus. i. sine vxore. quod patet ex hoc ꝙ statim subditur membrum oppositum. Si habens vxorem. &c.

Itē. b. Prouidebit puel

le nuptias et vestimenta et precium pudicicie non negabit. Et secundum hoc videtur: quod tradat eam alteri vxorem prouidendo de necessariis eo quod eam deflorauit. hebrei. Expensas et cooperaturam suam. scilicet reddendi sibi debitum, non diminuet. et secundum hoc intelligitur de puella accepta in vxorem a domino: cuius victum et vestitum decentem. et actum coniugalem tempore debito: non debet subtrahere propter aliam vxorem superductam plures enim vxores poterant tunc habere.

Item. c. qui furatus fuerit hominem et vendiderit eum conuictus noxe. morte morietur heb. (Qui furatus fuerit hominem et vendiderit et inuenitur in manu eius morte morietur.) glosa. Si inuenitur apud furem antequam vendiderit et secundum hoc cum dicitur in translatione nostra. qui furatus fuerit hominem. et vendiderit eum licet non tenetur coniunctim sed diuisim. quia pro quolibet actu sigillatim incurrit penam mortis. et hoc est propter dignitatem humane nature. que ad ymaginem dei facta est. et ideo pro solo furto hominis incurritur penam mortis. non sic autem pro furto aliarum rerum sed in aliquibus redditur duplum. et in aliquibus quadruplum et in bobus quintuplum

Cap. xxii. d. (Si comestum a bestia deferat ad eum) i. ad dominum. quod occisum est) hebrei. (Si comestum a bestia deferat testimonium) quia si totum cadauer sit raptum a bestia / vel deuoratum vel comestum: et sunt testes qui viderint. Liber est per eorum testimonium

Item. e Maleficos non patieris viuere / heb. (Sortilegam non patieris viuere) Ex hoc patet quod translatio nostra non loquitur de quolibet maleficio generaliter: quia sic se extendit ad omne factum enorme: sed loquitur de maleficio quod fit per pacta demonum tacita vel expressa.

Item. g. Ante occasum solis reddes. Heb. Usque ad occasum solis reddes. Si enim est necessarium de nocte vt est cooptorium / reddendum est ante noctem: et in mane potest recu

cepi. Si aũt sit necessariũ de die vt suptunicale sine quo non potest de die inter hoies apparere: reddendũ est in mane vsq; ad occasuz solis / et tunc reaccipi. & sic patet q translatio nostra loquitur de vestimẽto nocturno / hebraica littera de diuino secundum hebreos. tamem vtrumq; cadit sub legis precepto.

¶ Item. g. Decimas tuas et primicias tuas nõ tardabis reddere. Heb. Plenitudinẽ tuã & lachrymã tuam non tardabis reddere. Et di. ra. sa. q per plenitudinẽ intelligũtur primicie aridoꝝ. vt frumenti/ ordei/ et hmõi. Per lachrymã primicie liquidoꝝ. vt vini/ & olei et hmõi. Sed q tenebãtur reddere decimas sicut & primicias/ ideo translator expressit vtrumq;.

¶ Item. g. Carnẽ que a bestijs pgustata est nõ comedetis. Heb. Carnẽ que a bestijs lacerata est nõ comedetis. Erat enĩ eis prohibita etiã si nichil de ea comestũ fuisset a bestia/ dũ tamẽ ab ea fuisset occisa: et intelligitur hec lex de carnibus alias licitis. Nã aliter hec prohibitio esset frustra.

Ca. xxiiii.

c. Titulos xij. Hebre. titulos.

¶ Item. e. Nec nõ sup eos. &c. Heb. Et libri nostri correcti sic hñt. Nec sup eos q longe recesserãt de filijs israel. i. super cõem populũ qui longius erat a mõte synay quã nadab & abiu et senes. misit manũ suam occultando se eis. Ideo subditur et viderũt deũ/ q aũt missio man⁹ dei vel positio super aliquẽ significet sui occultationẽ. Patet ex hoc q dixit infra moysi. xxxiij. ca. Protegẽte dextera mea donec transeã. Tollãq; manũ meã & videbis posteriora mea. Heb. Et ad dños filiorũ israel nõ misit manuz suã occultando se eis/ et viderũt deũ. Dicũtur aũt hic dñi filiorũ israel nadab et abiu ex. lxx. senes. et scdm hoc cõmunis populus non vidit deum videtur tamen trãslatio nostra melior q iam ante dictũ erat: q nadab et abiu et senes viderant deum vt patet i textu

Cap. xxv.

a. pellesq; iacictinas. heb. pelles taxonum.

¶ Item. f. et pones super mensam panes propositio

nis. Heb. (Et pones super mensam panes facierum.) eo quod erant similes ex utraque parte. Nõ enĩ coquebantur in furno/sed ĩ vasis aureis calefact9: sicut gaufre et nebule in ferreis.

¶ Item.f.(Sperulas ac lilia ex ipso procedẽtia.) Heb. Pomelli sui et flores sui ex ipso erunt.

¶ Item.f.(Tres ciphi in nucis modũ) Heb. Tres ciphi figurati: gallice neelles.hoc est dictu quod nõ erant de ope plano

¶ Item.g.(Omne põdus cãdelabri.cũ vniuersis suis habebit talentũ auri mũdissimi. Heb. Centenario auri mundi fiet illud.s.cãdelabrum (Et omnia vasa hec). Et di.ra.sa.quod centenarius continet.cxx.libras.secundũ põdus colonie. Melius tamen credo dicendum quod certa q̃titas huius auri ignoratur. Nã pondera metallorũ variantur multipliciter s̃m varias regiones. Certũ est tamen quod magna quãtitas auri requirebatur ad candelabrum et eius vasa fienda.

Cap̃.xxvi. a.(Varietas opere plumario.) Dicũt aliqui quod pluma significat acum. Et s̃m hoc varietates in cortinis existentes erant apposite cum acu Et opus tale dicit plumariũ a pluma que est acus.s̃m hugo. Opus plumariũ dicitur a pluma volucrũ eo quod habet quãdã similitudinẽ cũ pluma. Et dicit gallice veluet. Et s̃m h cortine tabernaculi erãt sic facte. Heb. (Cherubin opere artificioso).i.subtili (Facies.)iij.Re.vi. Dicit quod in parietibus tẽpli salomonis erant figure cherubin et palmarũ. Et quia templum illud factũ fuit ĩ pluribus ad similitudinẽ huius tabernaculi. Ideo probabile videt quod in cortinis huius tabernaculi fuerũt figure cherubin. Et di.hic ra.sa. quod non fuerunt apposite cũ acu/sed intexte.

¶ Itẽ.b.(Facies et.l.circulos aureos quibus cortinarũ vela iũgẽda sũt.) Heb. (Facies.l.fibulas aureas.) Si enĩ essent simplices circuli:nõ possent per eos cortine coniungi.

¶ Item.c.(In lateribus tabule due incastrature) heb (Due incastrature vni tabule) Scd̃m enĩ hebreos iste incastrature nõ erant in la

teribus tabule ſm̄ eius lō-
gitudinē/ſed tm̄ in inferio
ri parte. Et dicūt gall'. te-
nons:q2 tabula p eas itra
bat duas baſes ſibi corrñ-
dentes per modū in margi
ne figuratum.
¶ Item.c.(Erūtq2 ꝯiūcte
a deorſū vſq3 ſurſū ⁊ oīs
vna ꝯpago retinebit)Heb
(Et erūt cōiūcte ſup caput
vncino vno)Nā caput vni
us tabule erat ꝯiunctū ca-
piti alterius per vicinū in
ſixū capiti vtriuſq3.
¶ Itē.g.(Inſeref aūt velū
per circulos)p quos poſſet
trahi ⁊ retrahi ſm latinos
Heb.(Dabis)i.pones(ve-
lum ſubtus fibulas(cōiun
gēteſcortinas/qđ ſic p3.v.
eni cortine quelibet latitu
dinis quattuor cub . ſimul
lateraliter conſuete faciūt
vnā latitudinē3 . xx.cub.et
ibi iūgebatur cū alijs. v.p
fibulas. Velum autē diui-
dens ſanctū et ſanctū ſan-
ctoꝝ. Diſtabat ab introitu
tabernaculi per.xx . cub. et
erat directe ſub fibulis cor
tinarum operientium ta-
bernaculum.

Ca.xxvii. f.(Omnes columne a
trij per circuitum veſtite
erant laminis argēteis ca-
pitib9 argēteis) Heb.Oēs
colūne atrij p circuitū hē-
bant cincturas ⁊ vncinos
de argēto)In iſtis vncinis
pēdebāt cortine atrij.Cin-
cture vero ſūt circuli argē-
tei in capitibus columnaꝝ
que erant erce.
¶ Itē.f.(In latitudine.l.
cub)Heb.(Latitudo.l.p.l)
et loquitur de ſpacio atrij
qđ erat ante tabernaculu3
Hēbat eni.l.cub. ī quadro.

C.xxviii a(Tunicā et lineā ſtrictā)
Heb.(Tunicā fimbriata3)
Glo.cōtextā in marginib9
lapidibus precioſis.
¶ Itē.b.(Ipa quoq3 textu
ra)⁊c.Hebrei.(Et cingu-
lum ſui ornatus : quia ſu-
per cetera ornamenta po-
nebatur.
¶ Itē.c.(Pones aūt in rō
nali iudicij doctrinā ⁊ veri
tatem).i.lapides per quoꝝ
fulgorē manifeſtabatur ſa
cerdoti diuinū bñplacitu3
ſm ioſephū.Heb.(Et po-
nes in pectorali iudicij tu-
rim ⁊ tumi.) Dicif aūt rōa
le pectorale : eo ꝙ erat ī pe-
ctore ſūmi ſacerdotis.(vri)
ſignificat manifeſtationē.
(tumi) aūt integritate3 qđ
ptinet ad veritatē. vñ ve-
rax hō:integer dr / et ſic ea

dem est sentētia in transla tiōe nostra/ſm vero ra.sa. (vrim ꝫ tumi.)vocatur hic nomē dñi tetragramatō in clusū sub lapidibus rōna: lis/ex cuius virtute mani: festabat veritas de inter: rogatis sacerdoti dūm con sulenti.

Cap. xxix. a.(Et la: minā sanctam sup tyarā.)Heb.(Et coronā sanctā sup tyaraz.) Erat enī hec lamina in fi: gura semiculi protensa ab vna aure pōtificis vsq ad aliam transcūdo sup fron tem / et sic pontifex ab an: teriori parte videbatur ea coronatus.

¶ Item.b.(Et reticulū ie coris)Heb.(plia que sūt su per epar)

¶ Item.d.(Eleuās coram dño)Heb.(Et vētilabit co ram dño.) Supponebat ei moyses manus suas mani bus aaron tenētis oblatio nem/et eleuabat eas sursū et postea deducebatur eas versus quattuor partes or bis:vñ quattuor vēti prin cipales oriuntur/ ꝓpter qđ vētilatio vocat. Fiebat āt hoc ad designādum ꝙ hec oblatio fiebat ei q̄ est dñs celestium et terrestrium.

¶ Item.f.(Quis q̄ tetigerit illud.s. altare.(sanctifica: bitur) qꝛ sacerdotes ei ap: propinquātes debēt prius sanctificari/ sic exponūt la tini.Heb.(Omīe tangēs il: lud sctificabitur.)Et ꝫ he breos refertur ad offeribi: lia.qꝛ si aliquid tale tāge: ret altare quocūqꝫ casu:nō posset vltra cōibus vsibus applicari: sed deo offerri.

Ca.xxx. a.(Craticulā eius) Hebrei. Tectum eius id est partem superiorē.Altare enī incen si nō habebat craticulā in qua cremarētur adipes vel carnes/ nā ibi cremabatur tm̄ tyama super carbones positos in vase aureo.

¶ Item.e.(Sume tibi aro mata prime mirre et electe ccccc.siclos.Heb.Su me ti: bi aromata capitanea id ē p̄cipua.(mirre electe. cc ccc. siclos.)ita ꝙ primitas ī bo nitate non solum refertur ad mirram vt dicit transla tio nostra : sed etiam ad a: lia sequentia.

Capitu.xxxi. g(Et i.vij. ab opere cessauit)Heb. Et in die. vij. requieuit et re: quieuit qꝛ cessauit a nouis operibus ꝯdēdis ꝫ ī seipso

requieuit. nam per seipsũ beatus est formaliter & ob iectiue. Et sic patet ꝙ non est nugatio. cum dicitur. requieuit et requieuit

Ca.xxxii. a. Formauit opere fuso rio et fecit ex eis vitulum conflatilem. Heb. Et formauit illum in stilo. Et fecit vitulum conflatilem. aaron enim ĩ tabula cum stilo fecit figurã vituli. Et p artificem fusorium fecit residuum Et per hoc tollitur dictum illorũ qui dixerũt ꝙ sine arte proiecit aurum in ignem Et diabolus inde formauit statuam vitulinã Fecit enim hic aaron a pro posito eo ꝙ in figura tauri apim colebatur in egipto, vbi fuerant conuersati tamen fecit hoc timore mortis ductus

obus Deos.

¶ Item. b. Et surrexerũt ludere. Heb. Et surrexerunt illudere. s. de ũp ydolatriã. verbum enim hebraicũ positũ hic equiuocum est ad vtrumqȝ.

¶ Item. b. peccauit popul⁹ tu⁹. Heb. Dissipauit populus tu⁹. pactũ meũ. ĩ cuius principio dr. non habebis deos alienos supra. xx. ca.

¶ Item. d. nõ est clamor ad hortãtiũ ad pugnam. neqȝ vociferatio compellẽtium ad fugã. sed vocẽ cantãtiũ audio. Heb. Nõ est clamor fortitudinis. i. preualẽtiũ ĩ bello. nec clamor debilitatis. i. succũbentium. qualis est clamor moriẽtiũ. & grauiter vulneratorũ. isti clamores sunt valde diuersi. sed clamor exortantiũ ad pugnam. et compellentiũ ad fugam. videtur esse vn⁹ et idem / nam exortãtes ad pugnã sicut preualẽtes cõpellunt ad fugam succũbẽtes / sed vocẽ deprecationũ ego audio nam adorabãt & laudabant vitulum. Et ex hoc pȝ ꝙ cũ subdit. Postea vidit vitulũ & choros: subintelligitur adorantiũ et laudantium) sicut in ecclesiis nris duo chori laudant eũ

Ca.xxxiii. e. ostẽde michi faciem tuam. Heb. Ostende michi viam tuam per quã. s. nos deducas.

¶ Item. f. vt glorificemur ab oĩb⁹ populis. Heb. Ut diuidamur ab omnib⁹ populis / per hoc q: sis ductor noster. singularis.

Ca.xxxiiii. g. Et ignorabat ꝙ cornuta eẽt facies sua Heb

Et moyses nō cognouit q cornuta esset lux faciei sue Et hoc patet q illa cornua erant radii lucidi tendentes sursum accuendo. p modum cornuū.

Ca.xxxv. e. id ē ad eā partem que respicit mare. Heb. Non hꝫ hoc. sed appositum fuit a translatore ad exprimēdū q pars occidentalis tabernaculi erat vers⁹ mare.

Ca.xxxviii. b. De speculis mulierū q excubabant i ostio tabernaculi).i.ibi vacabāt orationi/propter quod specula quibus vse fuerant ad sui compositionē: ɔuertūt ad dei cultum. Heb. De speculis mulierum que excitauerunt ostium tabernaculi glo.per specula prouocauerunt viros suos ad multiplicationem prolis. Et sic augmentauerūt exercitum filiorum israel/qui disposítus erat in tētoriis circa tabernaculum.

¶ Item.e. Hec sunt instrumenta tabernaculi. Heb. Isti sunt numeri vel cōpoti tabernaculi.i.expensarū in opere tabernaculi. vnde post subdit enumeratio auri et argēti que expēsa fuerūt i opere tabernaculi.

¶ Item. g. De mille atē vii.c. ⁊.lxxv.fecit capita columnaꝝ quos ⁊ ipse vestiuit argēto.heb. De mille vii.c.⁊ lxxv.fecit vncios colūnaꝝ i qb⁹ pēdebāt cortine⁊ liniuit capita eaꝝ)⁊ sic capita colūnaꝝ atrii.nō fuerūt argētea desup argētata/sed vncini eaꝝ fuerūt argētei.

Cap.xxxix. a. De iacincto vero ac purpura ⁊ vniculo ac bisso fecit vestes qbꝫ indueret aarō. ⁊c. Heb. De iacicto ⁊ purpura ⁊coco bis tīcto fecerūt vestes mīsterii/ scđꝫ hebreos isti fuerūt pāni quibꝫ inuoluebantur archa ⁊ cherubin et huiusmodi quādo mouebātur castra/ et i istis non fuit bissus sed tantum tres colores dicti in hebreo In vestibus autem aaron fuit bissus cum istis tribꝫ ¶ Itē.c. Et mitras cū coronis suis)Heb(Et pulcritudinē pileoꝝ suoꝝ) i iteriori namqꝫ parte mitrarū que dicūtur hic pilei erant quidam circuli eas decorantes Ideo dicuntur coronule secundum translationem nostram. Et pulchritudo pileoꝝ in hebreo

¶ Incipit liber leuitici.

Primo caplo ad placandum sibi dnm. Hec autē placatio nonfit p mutationē dei/ sed hōis qui de peccato redit ad gratiā/et sic qui pri⁹ erat deo displicens:efficitur placēs et hoc magis exprimitur i hebreo. Heb. enim sic habet(vt sit placid⁹ corā deo)

¶ Itē.b (Filii.aarō sacerdot.)Heb.Filii aarō sacerdotes.si eni essent filij aarō nō tū adhuc ↄsecratū sacerdotiū:nō possēt hoc facere

¶ Item.c.(Oia que adherent iecori). Heb(Totam adipem)

¶ Itē.g (Decurrere faciet sanguinē ad crepidinē altaris.(Heb. Decurret sanguis ei⁹ ad parietē altaris

Cap̄.ii. c.Si autem de craticula sacrificium ꝛc.Si autem de caldaria sacrificiū ꝛc. Fiebāt enim quidam panes de pasta primo cocta in aqua. et postea forsitan disiccabātur super cratem. Et dici poterant sacrificiū de caldaria/vel de craticula.

Capi.iij. a.Filii.aarō sacerdot. He. sacerdotes . vt supra prio caplo. Item.a. Duos renes Heb. Duos renūculos.renesei hostie pacifice nō cremabantur super.altare.

¶ Item.d(.Et caudam totam cum renib⁹. Heb. Et caudam integram sub spina).i.que est sub spina nō enim renes hostie pacifice de qua loquitur /super altare cremabantur vt dictū est supra.

Cap̄.vii. a(Ex quib; scilicet panib; vnus)ꝛc. Heb.(Ex omi vnus.)quia non solum ex omnibus panibus dictis vnus tamen offerebatur domino pro primiciis sed de qualibet spē panū vnus

¶ Item.c(Qui fuerit mūdus vescet ex ea)Heb. Sic habet et libri correcti.

Cap̄.x b.(Capita vestra nolite nudare).Heb.Et capita vestra non augmentabitis)in dei enim in luctu mortuorum capillos dimittebant cresere vltra modum solitum et hoc vocatur capitū augmentatio / similiter discooperiebant capita et trahebāt se p capillos. ꝛ vtrūq; prohibetur sacerdotib; et sic nostra trāslatio vnū exprimit /hebreica lra aliud

Cap. xiii. d. (Si aũt viderit locum macule equalẽ vicine carnis et capillũ nigrũ &c. Heb. Si aũt viderit locũ. &c. Sequitur et capill⁹ niger nõ est in eo.) Videtur autẽ nostra translatio corrupta p scriptores ex omissiõe huius negationis non / ita q videtur hic esse text⁹ (et capillum non nigrum) si enim cum equalitate loci macule cum carne vicina, esset nigredo capillorum: hõ non esset recludẽdus sz statim mũdus iudicandus qz macula illa nõ erat corrosiua que corrosio est signum lepre et nigredo capillorum signum mundicie.

¶ Item. g (Et igne combures eo q infusa sit in sup ficie vestimẽti vel p totũ lepra). Hec litta videtur corrupta p scriptores vel alio modo qz non loquitur hic scriptura de veste lepzã habente per totũ sed ĩ aliqua eius parte. vt. pz in textu Heb (Et igne cõbures / corrosio enim est .s. lepre / in vetustate sua vel nouitate q.d. cõburenda est talis vestis.) siue sit vet⁹ siue noua.

Capi. xv. b. (Sagina super quod sederit .i. sella vel stramentum aĩali suprapositũ vt equitetur. Heb. (Omis equitatura super quam equitauerit.

Ca. xvi. d. (In medio fortiũ habitatiõis eorum) Heb. (In medio sordiũ eorum.) et videtur littera nra corrupta p scriptores ponentes .c. p .d. nõ enim castra filiorum israel ponebantur circa tabernaculũ p sortes sed ex ordĩatione dei: determinate tribz in parte orientali erãt. et similiter ĩ aliis tribz partibus / vt habetur .nu. ii. ca.

¶ Itẽ. e (In terram solitariã) Heb. e Infrã preordinatã. ducẽs ei hircũ emissariũ in desertũ non eligebat locũ pro sua volũtate sed ex põtificis determinatione.

Ca. xviii. d (Turpitudinem vxoris tue et filie tue nõ reuelab⁹) qz nõ poterat habere vtrãqz simul nec successiue. Heb (Turpitudinẽ mulieris et filie sue nõ reuelab⁹) et sic lex ista gñalit loqt de oĩ muliere filiã habente

Ca. xix. b: Cũ messueris segetes terre tue, non tondebis vsqz

ad solum qꝛ debet remane=
re stipula pauperibus colli
genda. vt exponũt aliqui.
Heb.(Nõ finies ãgulũ ter
re tue in metendo) Nã spi=
ce in extremitatibus campi
q̃ partim sunt corrose a be=
stijs/vel conculcate pedib⁹
transeuntiũ debẽt dimitti
pauperibus colligende
¶ Itẽ e (Uapulabũt am=
bo) i. v̄berabũtur. Unũ v̄ sus
Exulo/ vapulo/ veneo/ fio
quattuor ista: Sensũ passi
ui sub voce gerunt aliena.
Heb.(Uapulabit ipa) glo.
Loquitur ista lex de iudeo
coeunte cũ ancilla gentili q̃
debebat in hoc casu verbe=
rari qꝛ pctm̃ ei⁹ expiari nõ
poterat per oblationẽ. Nã
oblationes gentiliũ nõ po
terãt in tabernaculo vel tẽ
plo recipi. vt habetur infra
xxij.ca. Pctm̃ aũt iudei per
oblationẽ poterat expiari.
¶ Itẽ e (Quarto aũt an=
no omnis fructus eoꝝ san=
ctificabit laudabilis dño)
Heb (Quarto anno totus
fructus erit sãctificat⁹ lau
dãtib⁹ deũ) qꝛ deputat⁹ erat
vsui sacerdotũ & leuitaꝝ.
¶ Itẽ f (Nõ augurabimi
ni nec obseruabitis sõnia)
Heb.(Nõ sortilegizabitꝭ &
non obseruabitis horas eo
modo quo faciũt aliqui di
centes ꝙ aliq̃ hore diei sũt
male vel infortunate ad ali
quid agendũ vel dimitten
dũ. quod est supersticiosũ.

Cap̃. xxi.

a (Nõ radẽt caput) Heb. (Nõ faciẽt caluiciũ in capi
tibus suis) Loquitur de sa
cerdotibus quib⁹ ꝓhibetur
eradicare sibi capillos ĩ lu
ctu mortuoꝝ sicut faciebãt
homines populares.

Cap̃. xxii.

f (Bouẽ & ouẽ aure & cauda ãputatis.) Heb. Bo
uẽ et ouẽ supfluũ.) vt si ha
beat tres aures vel hmõi.
vel diminutũ. i. carens ali=
qua sui parte. etiam vngui
bus. vt dicit Ra. Sa. Ta=
lia v̄o aĩalia licet nõ possẽt
offerri sup altare: poterãt
tñ offerri manibus sacerdo
tum/ vt de precio quereren
tur animalia offeribilia su
per altare vel alia taberna
cula necessaria.

Cap̃. xxiii.

b (Feretꝭ manipu= los spicarũ p̃micias messis
vr̃e) Heb.(Feretis gòmor
principiũ messis vestre) In
solẽnitate nam.ꝑ paschali
portabãtur ad templũ spi=

ce magis appropinquātes ad maturitatē et torrebantur. et sic grana excutiebantur per fricationē. Et ex illis īplebatur gomor / et eleuabatur in sacrificium coram dño. Sic igitur trāslatio nostra primū exprimit. hebraica littera: secūdū.

¶ Item b (Qui eleuabit fasciculum) Heb. (Qui eleuabit gomor) ɔtinentē grana fasciculi modo predicto Et sic dz eleuare fasciculū in translatiōe nostra qꝛ eleuabat fructum fasciculi.

¶ Item c (Numerabitis ergo ab altero die sabbati) Heb. (Numerabitis ergo a crastino sabbati) Et sic patet ꝙ in nostra translatione (altero) ponitur ꝓ crastino.

Capi.xxiiij.

c (Cūqꝫ blasphemasset nomē dñi) Heb. (Et explanauit nomen dñi) .i. nominauit nomen nō dñi thetragramaton in publico qđ propter sui sanctitatem dicitur ineffabile eo ꝙ ipsuz nominari solis sacerdotib⁹ erat licitū et nō semper nec vbiqꝫ: sꝫ in benedictionibus que fiebāt in tēplo tm̄. alias autē vtebantur pro ipso: hoc nomine adonay.

Item e (Quicūqꝫ blasphemauerit nomen dñi) Heb. (Qui explanauerit nomen dñi) Et intelligatur sicut prius.

Capi.xxvi.

d (Q? si ambulaueritis ex aduerso michi) Heb. (Et si ambulaueritꝫ mecū i duritia) Ambulare dure videtur importare omissionē p̄ceptoꝝ affirmatiuoꝝ. sꝫ ābulare ex aduerso: transgressionē p̄ceptoꝝ negatiuoꝝ faciēdo qđ ꝓhibetur. vtrūqꝫ tamen est obligatorium.

Capi.xxvii.

b (Aial qđ immolari potest dño si q̇s vouerit sctm̄ erit et mutari non poterit) Heb. (Si de aialibus quib⁹ fit oblatio dño / quis dabit dño: sctm̄ erit. nō cōmutabis illđ neqꝫ mutabis. i. nō poteris redimere per p̄ciū. nec mutare dando aliud aial pro ipso.

¶ Item d (Si triginta modijs ordei seritur ager ꝛc. Heb. (Si hamer ordei. In glo. dicit. Ra. sa. si choro ordei ꝛc. Ex q̊ pꝫ ꝙ hamer et chor⁹ eadē sūt mēsura scđꝫ ipsū. chorus autē triginta modios ɔtinet Jđ trāslator

posuit (trigita modiis &c.) Isti tñ modii sūt valde par ui q3 sicut Ruth .ij. dr. Ipsa ruth sex modios ordei por= tauit sil'& semel, ō area boo3 vsq3 ad domū socrussue.

Incipit liber numero3.



Rimo cap̄. b (Isti sunt nobi lissimi pricipes multitudinis) Heb. (Isti sunt nominati principes multitudinis) i. famosi in virtutibus et in= dustria naturali Tales eni ponebātur i regimine mul titudinis sub moyse. vt ha betur/exo.xviij.

Item b (Quos tulerūt moyses et aaron cū oi mul titudine) Heb. (Et accepe= rūt moyses et aaron viros istos qui citabātur per no= mina et oēm cetū) Nā prin cipes vocabantur nomina tim: ceteri vero tm̄ i 3muni

Cap̄. iii.

d (Tentoriū quoq3 qd ap= penditur in itroitu atrij ta bernaculi / et quidquid ad ritū altar3 pertinet.) Heb. Velū hostij atrij qd est per tabernaculi et altaris cir= cuitum) Nā ad officiū ger= sonita3 pertinebant mol= lia : et ideo ad ipsos perti= nebat velum quod erat in introitu atrij / et cortine q̄ erant per totum ei9 circui= tum. Et per 3sequēs circū= dabat altare olocausti. & ta bernaculum / que erant in medio atrij. Et ad hunc sē sum trahenda est transla= tio nostra: cum dicitur (qd quid ad ritum altaris per= tinet) vt intelligatur de di cto velo et cortinis que pro tanto ad ritū altaris perti nebāt q accessum popula= riū ad ipsū phibebāt. Ip= sum enim altare et vtensi= lia ad eius ritū pertinētia erant sub custodia et cura chaatita3. vt habetur ifra eodē cap̄. et sequenti.

Itē d (Funes taberna= culi et omnia vtensilia ei9) Non potest sic generaliter intelligi q omnia vtēsilia tabernaculi essēt sub cura gersonita3 Nam inter illa erant candelabrū/mensa p positionis / & multa alia de q̄bus nō potest dici q essēt sub cura eo3. Propter qd heb. sic habet (Funes taber naculi ad omne ministeriū eius) Nā ad gersonitas p= tinebat portare et seruare mollia inter que sūt funes

Cap̄. iiii.

a (Et ope= rient rur= sum velamine iacinctina3

pellium) Heb. (Et operiēt rursum velamine de corio taxonum) Et verissimile ē ꝙ pelles istoꝝ animalium fuerint talis coloris

¶ Itē e (Velum in introitu quod est ante tabernaculum omnia que ad altare ptinent.) Heb. (Velū hostiarij quod est ante tabernaculum et altare per circuitum) Exponatur vt supra iij. cap. d.

¶ Itē e (Funiculos ⁊ vasa ministerij) Heb. Funiculos et vasa ministerij sui.) Et per vasa intelliguntur hic instrumenta. Nā in hebreo instrumēta cuiuslibet artis vocantur eius vasa. Unde p̄. reg. xx. vbi dicitur ꝙ ionathas dedit arma sua puero. In hebreo habetur vasa sua. Ad officiū autem gersonitaꝝ pertinebāt paxilli et martelli ⁊ instrumēta hmōi: quibus aptabant et figebant cordas atrij et tabernaculi. Et iō cū dicit in translatione nostra (funiculos et vasa ministerij) subintelligendum est (sui) Nam in ministerio tabernaculi generaliter sumpti erant multa alia instrumēta que non pertinebant ad officium gersonitaꝝ.

Capitu. v.

a (Si autem non fuerint qui recipiant dabunt dño.) Heb. (Si autē nō fuerit ppinqu⁹ dabūt dño) Et hoc pꝫ ꝙ restitutio ista debeat fieri dño rei si viueret. et post mortē eius heredib⁹ suis si haberet, qđ si non: tunc dño dabatur.

¶ Itē b (Quidquid in sanctuario offertur a singulis et traditur manibus sacerdotis ipsius erit.) Non potest autem intelligi sic generaliter de omni oblato: sicut translatio nostra sonat. Nā aliqua offerebantur de quibus sacerdos nichil habebat. scꝫ omnis oblatio olocausti / et aliqua in quibus habebat tātum vnam partem scꝫ hostia pacifica et p delicto. Et ideo sicut dicit Ra. sa. ꝙ lex ista loquitur de primicijs que debebantur sacerdoti ex determinatione legis vel obligatione offerentis: scilicet quando vouerat aliqđ dare sacerdotibus ad victū ipsoꝝ. Ideo heb. sic habet (Uir que sanctificabit) per votum modo dicto (eius erunt. et vir quod dabit sacerdoti) scꝫ p̄micias sibi debitas (eius erunt.)

Cap̃. vi. a.(Acetum ex vino & ex qualibet alia potatiõe) &c̃. heb (Acetũ ex vino et quolibet inebriatiuo) ex quo patet ꝙ oĩs potatio generaliter nõ erat interdicta nazareo Sed illa ex qua poterat sequi ebrietas directe vel occasionaliter.

¶ Itẽ. a (Ab vua passa vsqꝫ ad acinũ. Hebrei (Agranulis vsqꝫ ad corticẽ) Dicũtur autẽ granula illa que sũt in medio grani vue. et cortex pellicula exterior. et sic in translatione nostra nõ accipit̃ vua passa eo modo quo cõiter dicitur racemus vltramarinus Sed p̱ eo quod remanet de vua pressa in torculari.

¶ Item f. (Et armũ coctũ arietis) Heb. Et brachium bullitum arietis. per quod ostẽdit̃ ꝙ tibia anterior cũ armo erat sacerdotis. et ꝙ nõ debebat coqui p̱ assationem Sed per lixationem

¶ Item. g (Cõuertat dñs vultũ suũ ad te) heb. (Auertat dñs irã suã a te. Hec videtur verior lr̃a. nã in forma bñdictionis huius premittitur (Ostẽdat tibi dñs faciẽ suã) quod est idẽ cum eo qđ dicit̃ hic in trãslatione nr̃a (Cõuertat dñs &c̃.) Et sic esset nugatio Ratio aũt diuersitatis lr̃e nr̃e ab hebreica est. quia dictio hebreica que ponit̃ hic equiuoca est ad vultum et irã.

Cap̃. viii. b (Aspergãtur aqua lustrationis) heb. (Aspergantur aquis emundationis) Lustro enĩ ĩ vna significatiõe idẽ ẽ ꝙ purgo. vl̃ mũdo

Cap̃. x. a (Si aũt semel clanxerit) Heb. (Si aũt in vna clangerit.) Ad sonitũ enĩ vnius tube vocabantur principes. ad sonitũ autẽ duaꝝ multitudo ppl'i. sicut ĩ capl'is p̱uincialib⁹ fratũ minorũ ad sonitũ cãpane ex vna parte veniũt illi qui sũt de corpore capituli tm̃. et ad sonitũ ex vtraqꝫ parte conueniũt omnes fratres.

Cap̃. xiii. c (Vrbes quales an murate vel absqꝫ muris) Heb. (Que ciuitates in quibus habitãt si in multitudinibus) s. bellãtiũ / vel fortaliciis. supple confidunt.

Cap̃. xiiij. a (Utinam mortui essemus in egypto. Et nõ in hac vasta solitudine) Heb. (Utinã mortui essemus in

egypto: vel in deserto hoc) Et huic cõsonat littera im mediate sequẽs (Utinã peremus et nõ inducat nos dominus in terram istam. ne cadamus gladio. ⁊c.)

Cap̃.xv. d(Separabitis primicias dño de cibis vr̃is. sicut de areis primicias separabitis: ita et de pulmentis vestris) Heb. Separabitis primicias dño de pastis vestris tortellũ) Nam de qua libet decoctione furnali q̃ gallice. dicit̃ fournee debebatur vn⁹ tortellus sacerdoti pro primicijs: sicut de area primicias separabitis Sic et de pastis vr̃is modo dicto: hoc enim dicit̃ ne crederent aliq̃ ꝙ tenerẽtur solum dare primicias de granis existentibus in area vl̃ in granchia.

Cap̃.xix. a(Cõburet eã cũctis videntibus. heb.(Comburet eã in cõspectu suo) Tenebatur eni sacerdos presẽs esse quousq3 vacca illa esset totaliter combusta et cineres essent collecti: de popularibus aũt poterãt eẽ q̃ vellẽt

Cap̃.xxi. c.(Fixere tẽtoria in ieabarim) hebrei.(Fixere tẽtoria in ieabarim).i. in solitudinibus abarim. ⁊ sic patet ꝙ in trãslatione nostra vicio scriptorum due dictiones cõiũcte sũt in vnã.

¶ Item. c.(Ex eo loco apparuit puteus) Nõ est sic itelligẽdũ ꝙ ex loco illo videret̃ puteus de quo loquitur. sed ex illo loco transierũt ad aliũ magis remotũ vbi datus fuit eis puteus miraculose / vñ Heb. sic h3 (Ex hoc loco ad puteum)

¶ Item. g(Iugũ ipsorum disperijt) Heb(Regnũ eorũ perijt. sed q2 regnũ illõ cõuersũ fuerat in tirãnidẽ ꝑpter qõ merito ꝑijt. ideo trãslator h̃ exp̄ssit ꝑ iugũ

Cap̃.xxii. a(Et impetũ ei⁹ ferre nõ possẽt) s. moabite. dixit ad maiores natu madiã. s. ipse balach scđm lr̃am istã / Heb.(Et aboiat⁹ est moab filios isrl̃ tãꝙ odiosos sibi Et dixit moab ad senes madiã) Põt ãt sic ɔcordari Nã illo t̄pe balach rex erat moabitaꝝ: vt habet̃ i textu. illud aũt qõ facit rex dr̃ facẽ ppl̃s sibi subiect⁹ iõ trãslatio nr̃a exp̄mit regẽ ⁊ hebreica lr̃a ppl̃m sibi subiectũ.

¶ Itẽ. a(Misit ergo nuncios ad balaam filiũ beoꝝ

ariolū q̄ habitabat sup flu uiū fre filiop̄ amon) Heb. (Et misit nūcios ad balaā filiū beor i pethora) Et est nomen loci scdm hebreos. (Qui est sup fluuiū fre filiop̄ ppl'i sui) s. ipsi⁹ balach vt dicit glosa hebreica. Vi def tñ michi φ trāslatio nostra meli⁹ dicit φtū ad hoc q2 textus inuit φ balaā de lōginquis valde partibus venit ad balach.

¶ Itē. b. (Habētes p̄ciū diuinationis i manib⁹) Heb (Habētes diuinationes in manibus) Qd sic exponūt aliq̄ hebrei (Diuinatiōes) id est munera p diuinationib⁹ sicut accipit trāslatio nr̄a / alij aūt dicūt (Diuinationes) .i. instrumēta q̄bus tūc vtebanf diuini. Ne forte balaā se excusaret ex carentia taliū / aliȷ vero sic dicūt φ nūcij de madiā direrāt iter se per modū diuināndi. Si balaā statim cōsētiat venire: aduētus eius erit nobis vtilis. Si autē differat respōsionē: iutilis vñ qd postea subdif. manētib⁹ aūt illis apd balaā. in hebreo habef. et māserunt p̄ncipes moab apd balaā. q. d. iā recesserant madianite. reputātes ei⁹ aduētū inutilem: audita responsionis dilatione

¶ Itē. g (Et venerūt i vrbē q̄ in extremis finib3 regni ei⁹ erat) Heb. (Et venerūt i vrbē vicop̄. sic noiatā eo φ erant ibi habitatores mlti. & p ɔsequēs pl'es vici

Cap. xxiii

c (Quis dinumerare possit puluerem iacob.) et nosse numep̄ stirps isrl') Heb. (Quis dinumerare possit puluerē iacob & enarrare quartā) s. partē isrl': et multo minus de toto.

¶ Itē. e. (Non est ydolū in iacob Nec videbif simulachrū in isrl') Heb. Nō vidit s. deus falsitatē iacob. nec trāsgressionē in isrl') s. pro tunc. propter quod deberet populus maledici.

Ca. xxiiii.

a. (Vt valles nemorose. Heb. (Vt torrētes inclinati vel protensi. s. ad irrigandum.

¶ Itē. a. (Vt tabernacl'a q̄ fixit dñs. (Heb. (Vt aloes ligna que plantauit dñs) Et l'ra imediate precedens et subsequens cōsonat ad hoc. est aūt aloe arbor aromatica valde.

¶ Itē b (Tollef ppl' agag rex. eius et auferef regnū

filius) quod sic exponitur a illa tinis de saule rege isrl. qui fuit reprobatus a deo eo q agag regē amalech reserua uit viuū. et meliora aialia et ei' regnū trāslatū fuit ad dauid. p'mi regū. xv. heb (Altior agag rex eius. & ele uabit regnū ei' qr saul rex isrl fuit potētior ipo agag et regnū israel postea fuit valde sublimatū tempore dauid et salomonis.

¶ Itē. b (Deuorabūt gen- tes hostes illius. &c. i. filij israel deuorabūt gentiles hostes suos. et sic li (gētes) est accusatiui casus / vnde. hebrei sic habet. (Comedet gentiles hostes suos. s. po pulus israel.

¶ Itē. e. (Dabo tibi cōsiliū quid pp'ls tuus huic pp'lo faciat. s. de pertrahēdo po pulū israel ad ydolatriam Heb. (Cōsulā tibi s. de per trahendo pp'lm isrl ad ydo latriā. et quod sequitur est principiū alterius sentēcie quid pp'ls iste faciet pp'lo tuo. i. cum hoc ostendā tibi quid pp'ls israel faciet po- pulo tuo. vnde subditur. (Orietur stella. &c. i. dauid qui filios moab debellauit

Cap. xxv.

d. (Percu- dit ambos virū. s. et mulierē in locis genitalibus. Heb. (Perfo dit. &c. in ventre suo. s. viri & mulieris) Talis eni ictus est mortalis. nō sic au tem ille qui fit in locis ge- nitalibus.

Cap. xxvi.

b. (Et fa- ctū est grā de miraculū. vt pereūte cho- re: filij eius non perirent. (Hebrei. (Et fuerunt in si gnum) s. ij. viri offerētes incensum. et propter hoc a deo percussi. et quod sequi tur est alterius principiū sentencie. secundū hebreos (Et filij chore non fue- runt mortui.

Cap. xxxi.

d. (Et sepa rabis par- tem domino. Heb. (Et se- parabis solutionem domi no) Ex quo patet q tene- bantur hoc facere.

Cap. xxxvii.

e. (Cun cte fe- mine maritos de eadē tri- bu accipient. Heb. (Omis filia que hereditabit here- ditatem de tribubus israel vni de cognatione patris sui erit vxor. Et sic prece- ptum hoc non videtur ca dere nisi super mulieres succedentes in hereditate.

¶Incipit liber deuteronõ.

Primo capl'o.d. (Sumẽtes de fru ctibus ei⁹ vt oñ- derent vbertatẽ: attulerunt ad nos). Hebr. (Et acceperũt in manibus suis de fructu terre ⁊ descẽ derũt ad nos) Hoc aũt dici tur q: terra ꝓmissionis vñ redierũt ad pplm et moy- sem est altior illa ad quam redierunt.

¶Item.g.(Sedistis ergo) i.mãsistis (in cades multo tpe) Heb.(Et sedistis in ca des diebus multis ẽm dies quibus sedistis) i.tanto tẽ- pore mãsistis in cades: quã to tpe mãsistis in alijs mã sionib⁹ vt exponũt hebrei

Ca.i. a.(Timebũt vos) s.ydumei.(Uidete ergo diligenter ne mouea- mini ꝯtra eos.) Heb. Cu- stodimini multũ.)q.d.(Ca uete ab illis ne isidiose no ceant vobis: quia vos odi unt sicut esau. Pater eorũ habuit odio iacob patrẽ ve strum. Quod aũt seqtur est principiũ alterius versus. (Nõ guerrabitis ꝯtra eos) s.eos inuadẽdo: ſ; tm̃ vos defendẽdo(si velint vobis nocere.

Ca.iii. d.(Monstratur lectus eius ferre us.) Hebre.(Mõstratur cu nabulũ ei⁹) Hoc aũt dicũt hebrei vt apparẽter saluẽt quãdã assurditatẽ i thala- mũ eoꝝ positã.s. ꝙ og rex basan erat sic magnus ꝙ a plãta pedis vsq; ad cauillã xxx.cub. habebat qđ est ta; absurdũ ꝙ nõ indiget alia reprobatione. Quod autẽ dicũt de cunabulo apparet falsũ: per illud quod habe tur.ps. Lachrymis meis stratũ meũ rigabo Et geñ xlix De lecto iacob qui erat hõ perfect⁹/ maculasti stra tũ eius. Eadẽ eni dictio he breica ponitur in duobus locis allegatis: ⁊ hic pro le cto og. Ex quo patet ꝙ nõ significat cunabulũ: sed le ctum vel stratũ etiã hois ꝑ fectã quãtitatẽ habẽtis.

Ca.iiii. (e.Sicut tu au disti et vidisti) Heb.(Sicut tu audisti ⁊ vi disti.) Unde exo.xx. Audiẽ tes deũ loquẽtẽ dixerũt. Nõ loquatur nobis dñs ne forte moriamur.

Ca.v. d(Nichil addens amplius).s.q̃tũ ad precepta a deo data im- mediate pplo: sed q̃tum ad data mediãte moyse plura

fuerit addita. Heb.(Et nō defuit. s. de his que sūt de necessitate salutis q̄tū ad mores. Alia nāq̧ superaddita non sūt nisi quedā explicationes .x. preceptoꝝ. ꝑpter quod in illis virtualiter continentur.

Ca. vi. (Diliges dn̄m deū tuū ex toto corde tuo / et ex tota aīa tua ꝛ tota fortitudine tua) (Diliges.ꝛc.et ex tota substātia tua.) Et sic translatio nostra ponit fortitudinem pro substātia: tamen ꝓprie loquēdo fortitudo significat vires corporisque satis exprimūtur per hoc q̄ ꝑmittit(Ex toto corde tuo et ex tota aīa tua.) Nam ex eis totaliter ꝓcedūt vires corporis. Substātia vero magis accipitur pro bonis exterioribus que pro dei amore sūt exponēda. puer. iij. Honora dn̄ꝫ de tua substantia.ꝛc.

¶ Itē.g.(Eritq̧ nostri misericors.) Heb.(Et iusticia erit nobis.) Quod nō potest intelligi formaliter: sꝫ effectiue/et hic est maxim⁹ effectus misericordie dei in presenti.

Ca. vii. f.(Scabones mittet domin⁹ Heb. Et mittet vespas.

¶ Itē.f.(Donec deleas ōs atq̧ dispdas q̄ te fugerint et te latere non poterūt.) Heb. Donec dispgas remanētes et occultatos) q.d. licet hūanā punitōez possint fugere: nō tamē diuinam.

Ca. viii. b.(Sed in oī verbo quod egredit de ore dei.) Hebrei Nō habet v̄bo. Potest enī vitā homis substētare pro sua volūtate. Vn̄ et mana de qua loq̄tur nō dicit dei verbū/nisi accipiat verbū pro creatura v̄bo dei facta. sicut.ij.reg.ṗ. dr̄ q̄ est verbum quod factum est.

¶ Itē.f.(Et dipsas ꝛ nulle oīno aque) Heb. (Et excessiua sitis absq̧ aquis oīno) Est autē dipsas serpēs qui morsu facit hoīem mori siti/et sic est eadē sententia: licet per alia verba.

Ca. xi. b(In ortoꝝ morem aque ducuntur irrigue) Heb.(Et irrigabit eā cū pede) i. faciliter (sicut ortū viriditatis) Nilus enī qui trāsit p egyptū diuidit p plures riuos: Et sic irrigat terrā egypti nō solū p hūanū laborē vt dicit trāslatio nr̄a: sꝫ etiā per paruū laborē vt habet lra

hebreica:nō sic aūt terra p missionis / sed per pluuias et hec irrigatio melior est. si tamē sufficiēter ꝑ ꝯgruis tēpibus a deo detur. qḋ pro mittit moyses:si tamē deo sint obedientes.

¶ Item.c.(Si ergo obedie ritis mandatis meis)Heb (Si auditū meū)i.illud qḋ denūcio vobis(audieritis cū effectu). Plura vero de nūciauit dn̄s pplo p moysen que nō sūt precepta vel mādata : sed magis moni tiones/ ꝑ ideo hebreica lr̄a generalius loqtur ꝙ trāsla tio nr̄a / nisi mandatū acci piatur large.prout se extē dit ad monitionem.

Cap̄.xi. d.(Siue immundū fuerit hoc est maculatū ꝑ debi le.Siue mundū hoc est in tegrū ꝑ sine macula quod offerri licet/sicut caprea et ceruū comedes.)Heb.(Si cut comeditur ceruus et ca preus comedetis illud mū dū ꝑ immūdū comedes il lud.)Aliqua eni aīalia dice bantur munda ꝑ immūda dupliciter. Uno modo dice batur mundū ɓm speciem quod ex sua specie poterat offerri/immūdū tamen ra tione īdiuidui/ sicut agn⁹ Alio mō dicebatur animal mundum quod ɓm species poterat comedi/ non tamē offerri / sicut caprea et ceruus . et immūdū quod nec comedi poterat nec offerri sicut porcus. quod ergo di citur in trāslatione nostra (Hoc est maculatū ꝑ debi le)et quod subditur(Hoc ē integrum ꝑ sine macula qḋ offerri licet)nō est de textu sed appositū fuit a transla tore ad ostendendum qualiter hic accipitur mundu; et immundū. Dicūt tamen aliqui hebrei ꝙ hic est text⁹ (Sicut comeditur ceruus et capreus comedetis illud mūdus et immūdus come det)Nam de istis carnibus comedere poterat homo im mūdus sicut ꝑ mūdus. De carnibus aūt hostie pacifi ce cuius vna pars erat offe rentium/ immūdus homo comedere non poterat.

Ca.xiiii. a.(De his autem que rumi nant et nō findunt vngulā hec comedere non debetis) Heb.(Tantum hoc non co medetis de ruminantibus et diuidentibus vngulam) et tenetur li.et. diuisim. Nam aliqua de ruminātibus prohibentur:eo ꝙ non

diuidunt vngulam: et ali-
qua de findentibus vngu-
lam eo q̄ non ruminant. si-
cut patet in textu.

Ca.xv. a.(Fenerabis gentibus mul-
tis) Heb.(Vadiabis gētes
multas) i. sic habūdabis in
temporalibus q̄ poterꝭ eis
accommodare libere tamē
sub vadio / et sic non accipi-
tur hic fenus pro vsura. si-
cut nec infra. xxiij. caplo.
Non fenerabis fratri tuo
ad vsuram.

¶ Item. e.(Dabis ei viati-
cum.) Heb.(Onerans one-
rabis eum) dando. s. largi-
ter pro pluribus diebus.

¶ Item. f.(Perforabis au-
rem eiꝰ in ianua) Heb.(Et
dabis in aure eius & ostio)
Nam auris debēbat affigi
cum ostio.

¶ Itē. f.(Non auertes ocu-
los tuos ab eis quando di-
mittes eos liberos.) Hebr.
(Non erit graue in oculis
tuis quando dimittes.) &c.
Et sic patet q̄ auersio ocu-
loꝝ in translatione nostra
accipitur pro displicentia
Nam id quod displicet ho-
mo respicere dedignatur.

Ca.xvi. a.(In pauore egressus es de
egypto.) Heb.(Festinanter
egressus es de egypto.) Nā
egyptij timētes mori coge-
bant filios israel ita festi-
nanter egredi de egypto: q̄
non poterant fermentare.
Ut habetur exodi. xiij. Et
ideo cum dicitur in transla-
tione nostra.(In pauore.)
&c. Pauor iste referendus
est ad egyptios.

Ca.xix. d.(Mittent se-niores ciuitatꝭ
illius.) Heb.(Mittent se-
nes ciuitatis sue) s. ipsius
fugitiui. Nam illi sciebant
modū sui facti / non autem
senes ciuitatis refugij. Et
ideo cum dicitur in transla-
tione nostra(Ciuitatis il-
lius) hoc pronomen illius
referēdum est ad ipsum fu-
gitiuum.

Ca.xxi. g.(Maledictꝰ est a deo omis
qui pendet in ligno.) Heb.
(Maledictio iudicum su-
spensio id est pena inflicta
a iudicibus. Nomen enim
hebreicum positum hic sci-
licet heloym aliquando po-
nitur pro ipso deo vero.
Aliquando pro iudicibus /
qui dicuntur dij participa-
tiue. Exo. xxij. Utriusq̄ cā
applicabitur ad deos. q2 tū

iudices tenent locū dei ideo pena inflicta ab eis: potest dici inflicta a deo/et sic accipit nr̄a trāslatio/

Ca.xxii. a.nō induetur mulier veste virili)Heb.Nō erit vas viri sup mulierē)sicut supra dictū ē istrumenta cuiusl; artis dicūtur eius vasa/vn̄ i.Re. vbi dicitꝙ ionathas tradidit arma puero /in hebreo habet vasa sua⁊ex hoc hoc nomē vas viri tractū est ad significandū quicqd portari cōsueuit ⁊ decēs est a viro / siue sit vestis siue alia res . Et ideo hebreica littera gn̄alius loquit ad excludēdū modos ydolatrarū/nā in sacris veneris viri nō solū portabāt vestes mulierū: sed etiā alia ad ipsas ptinētia vt colū⁊ fusū et similia / Et i sacris pria pi mulieres portabant vestes virorū ⁊ arma/vt scutum lanceā et huiusmodi .

Item.b. Non seres vineam tuā altero semie ne semētis quā seuisti ⁊ ea que nascuntur ex vinea pariter sāctificentur .i.decimentur ⁊ primicientur:secundum litteram istam.granum enim seminatum in vinea:citius facit fructum et metitur ꝙ fruct⁹ vinee/propter quod si de ipso tēpore messionis darētur primicie⁊ decime: forte crederet dn̄s esse liber a primicijs⁊ decimis de fructu vinee /et sic damnificarentur sacerdotes⁊ leuite ꝑpter quod prohibetur talis seminatio Heb. Non)seres mixtim vineam tuā.ne polluatur plenitudo seminis quod semina sti et prouent⁹ vinee)et vocatur hic plenitudo seminis quādo facit fructum/ratio prohibitionis est quia fruct⁹ vinee de nouo plantate: imūdus est tribus primis annis/⁊ideo si tangeret fructum grani seminati: pollueret ipsum. et sic de illo non posset fieri oblatio:de Rō vero diuersitatis inter hebreicam litteram et latinam : est quia eadē dictio que ponitur hic significat sāctificationem et pollutionem differēs tātum secundum puncta.que tamen non sunt de substantia littere tamen variant significationem/sicut accēt⁹ apud nos variat significationem eiusdem dictionis sicut pila prima breuis significat pedem pōtis⁊ prima longa :tabernam .vnde vers⁹ Est pila pes pōt; pila

ludus pila taberna.

Ca.xxvi. c. Attuli qđ sãctificatū est de domo mea).&c. Heb. Abstuli quod sanctificatū est de domo mea).i.separa ui ab aliis rebꝫ meis.vt in tegre detur pauperibꝫ & le uitis venientibꝫ ad domū meã non enim hec decima de qua loquitur deferebatur ad tēplum : sꝫ dabatur in domo ꝓpria.& ideo trãslatio nostra que habet attuli: videtur esse corrupta per scriptores ponētes / t. pro.b.

Ca.xxvii. e(Maledictꝰ est q̄ nō honorat patrē suum & matrem)Heb.Maledictꝰ qui vilificat patrē suū et matrem) quod est peius ꝙ nō honorare / nisi vilificatio hic accipiatur, pro substractione honoris debiti.

Ca.xxviii. a.)Benedicta hor rea tua. Heb. Benedictus colatus tuus)vt intelligatur quodcūqꝫ reposito etiam paruum.

¶ Item.c(Det dominꝰ imbrem terre tue puluerem.& de celo descēdat sup te cinis Heb.Dabit dn̄s pluuiam terre tue fulgur & puluerē.

¶ Item.e.Homo delicatꝰ et luxuriosus Heb.Homo tener & deliciosus.)ex quo patet ꝙ i translatione nostra luxuriosus accipitur pro carnali in cibo & potu et littera sequens hoc ostēdit.

Ca.xxix. b.Ut intelligat(vniuersa que facitis(.Heb.Ut ꝓsperemini i omnibus que facietis).Et sic patet ꝙ intelligētia accipitur i trãslatione nostra cū ꝓspero effectu sequente nam plures sunt intelligentes qui tamen in fact(suis non ꝓsperantur

¶ Itē c(Et assumat ebria sitientem)i.addat peccatū peccato et idem significat hebreica littera q̄ talis est et (augmētet) satiata sitiētem / qꝛ sicut satietas cibi ꝓuocat siti?sic consuetudo peccandi generat habitum malū inclinantē p modum nature ad peccatum.

Cap̄.xxxii. a(Peccauerūt ei et non filii eius i sordibꝫ) et iungatur sic littera(peccauerunt ei in sordibꝰ ydolatrie et non filii. eius) .i.per hoc facti sūt nō filii dei per culpam, qui prius

erant filii eius per gratiã Hebe. Diſſipauit enim filiis ſuis diſſipatio eorum) quod ſic exponitur(diſſipauit,).s. populus iſrael legẽ dei(ei non).i. ipſi deo non nocet (diſſipatio eorũ) nã ex malis hominũ nichil ei deperit/nec ex bonis eorũ accreſcit ſed ſupple (filiis ſuis .)qui frequenter ſunt immitatores paternoꝝ ſcelerum /ideo ſubditur(gñatio enim pueerſa eſt).⁊c.

¶ Item.c.(Conſumentur fame⁊ deuorabãt eos aues morſu amariſſimo). Heb. (Inflabunt fame ⁊ debellabunt eos demones)peccatis enormibꝫ ſubiciẽdo (et concidẽtur amereri, nomẽ eſt proprium demonis demones autẽ ſũt damnatorum tortores in gehẽna

¶ It c(Cũ furore trahẽtiũ ſe terrã Heb. Cũ veneno trahentiũ puluerẽ)reptilia ei venenoſa /vt ſerpentes et huiuſmodi trahunt ſecum puluerẽ adherentem eis ⁊ irata venenũ emittunt.

¶ Item d.(De vinea ſodomorum vinea eorum et de ſuburbaĩs gomorre)Heb(De vinea ſodomorum vinea eorum et de cãpis gomorre)hec ẽ verior littera quia cãpi coluntur ſicut vinee / non autẽ ſub urbana ſed ſunt loca inculta iuxta muros ciuitatũ ad recreationem ciuium. Sic enĩ accipiũtur in veteri teſtamẽto ſecundum doctores hebreorum.

¶ Itẽ.e.(Videte q' ego ſũ ſolus Heb.(Videte qꝛ ego ego ille .s. qui poteſt vos ab aduerſariis protegere.

Cap.xxxiii.

a(Viuat ruben et non moriatur⁊ ſic paruus in numero et hoc cõſonat ei quod dixit iacob de rubẽ geñ.xlix. Effuſ⁹ es ſicut aqua non creſcas Heb.(Viuat ruben et nõ moriatur: et ſit gens ſua in numero) quod exponitur dupliciter vno modo ſic)in numero) i. tam parua q' de facili numeretur: ſicut accipit trãſlatio noſtra. Alio modo p oppoſitum(in numero) .i. multa milia nam illa que ſũt pauca non ſolent reputari numeratione digna. Tercio mõ ſic(in numero) s. fratrũ tuoꝝ minoꝝ quia perdidit ius primogenitu re ꝓtum ad regnũ .qđ trãſlatũ fuit ad iudã et ꝓtum ad duplicẽ terre portionẽ que trãſlata fuit ad ioſeph

¶ Item.b. Perfectio tua et doctrina tua &c. Heb(Uri tuum et tumin tuũ) &c. Et redit in eandem sententiã sicut dictũ fuit supra .exo. xxviii.caplo. Ubi plenius de istis fuit dictum.

¶ Item.c.(Ponẽt thimiama in furore tuo.i. vt furor tuus auertatur a populo tuo secundũ litterã istã Heb.(Ponẽt thurificationem corã te, vel ĩ naribus tuis)sacerdotes enim leuitici generis thimiama cremabant super altare incensi ante sanctũ sanctorũ Ratio vero diuersitatis trãslatiõis nostre ab hebreico ẽ quia dictio hebreica que ponitur hic.equiuoce significat iram.et coram, vel magꝫ proprie ante faciem vel in naribꝫ tuis. Lu .ii. Scriptura de deo meo hũano Uñ .ge. viii. Odorat⁹ qꝫ est domin⁹ odorem suauitatis /hebrei tamen videntur melius dicere.

¶ Item .e.(Cornua rinocerotis cornua eius. Heb. Cornua bubali cornua ei⁹

¶ Itẽ(g. Ferrum et es calciamentum eius. Heb(Ferrum & es de clausuris suis per vtranqꝫ litteram designat ꝙ ĩ sorte aser fortẽ minere ferri & eris. magis tamen proprie per litterã hebreicam.et ratio diuersitatis est q2 dictio hebreica hic posita equiuoca est ad calciamentum et clausuram.

¶ Item .g. Magnificẽtia ei⁹ discurrũt nubes Heb.(In altitudine eius sunt celi .)et aer in quo discurrũt nubes frequẽter celum nominatur.

¶ Incipit liber iosue.



Ecũdo ca.a.(Ingressi sũt domũ mulieris meretricis.) Hebr. (Ingressi sũt domũ mulieris hospitatricis) nõ ei ẽ verisimile ꝙ si tũc vl' añ fuisset meretrix publica.ꝙ princeps tribus inde que erat nobilissima: accepisset eã in vxorem/quod tamen fecit vt habetur. Mat.i. Et ideo ĩ sequentibus. vbi rab nominatur meretrix intelligatur hospitatrix Ratio autem diuersitatꝫ trãslationis nostre & hebreice littere est quia nomẽ heb. Hic positum est equiuocum ad meretricem & hospitatricẽ. Heb. Tũ videnẽ meli⁹ dicere rõe predicta.

¶ Itē a (Tollēsq mulier viros abscondit eos) Heb. (Accepit mulier viros & abscondit eū) Qd pōt exponi (abscōdit eū) i. quēlibet ipsoꝝ. Hebrei tñ dicūt ꝙ vnꝰ illoꝝ duorū fuit phinees q̄ erat sicut angelus. et iō nō indigebat abscōsione qꝛ in ptāte eius erat sic stare corā hoībꝰ. ꝙ nō videꝛ ab eis

Cap̄. iii.

a (Igitur iosue de nocte ꝯsurgens) Heb. (Igitur iosue de mane ꝯsurgens) Surrexit enī in auroꝛa q̄ est terminus noctis et pꝛincipiū diei. Et sic potest ab vtroq denoīari sicut mediū ab vtroq extremoꝝ.

Cap̄. v.

a (Fac tibi cultros lapideos) Heb. (Fac tibi rasoꝛia scindētia vel acuta) Nō enī videtur ꝓbabile ꝙ tāta multitudo populi fuerit circūcisa nisi cū instrumētis ad hoc magis aptis. cuiusmodi sūt rasoꝛia. Hoc etiā videtur ex vsu iudeoꝝ qui cū rasoꝛijs circuncidunt.

¶ Item f (Et polētā eiusdem anni) Heb. (Et grana tam anni illius) In pascha te namq fiebat oblatio de granis nouis excussis tñ de spicis appꝛopinquātibꝰ ad maturitatē per cōfricationē. Et gallice dꝛ / guernee. Et de talibꝰ granis tūc comedit populus.

Cap̄. vi.

b (Cū insonuerit vox tube longioꝛ atq concisioꝛ.) Heb. (Non habet ꝯcisioꝛ.) Sonat enī iterpollationē Et iō videtur repugnare ei qd ꝑmittitur (lōgioꝛ) pꝛo q̄ poniꝛ in hebꝛeo (ꝯtractioꝛ

¶ Itē d (Igiꝛ iosue de nocte ꝯsurgēte) Heb. (Igiꝛ iosue de mane ꝯsurgente) Exponatur vt supꝛa. iij. ca.

¶ Itē d (Septē buccinas quibꝰ in iubileis vsus est) Heb. (Septē coꝛnua arietina) In pꝛincipio enī septimi mensis fiebat festū ꝓ liberatione ysaac ab īmolatione. Et qm̄ aries fuit imolatꝰ pꝛo eo: iō clāgebant iudei in coꝛnibꝰ arietū. Et de istis coꝛnibꝰ videtur hic scriptura loqui et nō de tubis iubilei. Nā a datiōe legis de iubileo mentionē facientis: adhuc nō fuerat īpletus vnꝰ annus iubileꝰ / sed deficiebāt adhuc decem anni ad minus.

¶ Itē d (Uulgus autē reliquum sequebatur) Heb. (Et aggregatio sequebaꝛ) .i. vltima acies q̄ ꝓpter hoc

